

I

AD VENEREM

*Glyconico-Asclepiadens*

Intermissa, Venus, diū Rūsus bella movēs ? Parce, precor, precor. Nōn sum quālis eram bonae Sub rēgnō Cinarae. Dēsine, dulcium	Illīc plūrima nāribus Dūcēs tūra, lyraeque et Berecyntiae Dēlectābere tībiae Mixtīs carminibus, nōn sine fistulā.
Māter saeva Cupīdinum, Circā lūstra decem flectere mollibus Iam dūrum imperiūs. Abī, Quō blandae iuvenum tē revocant precēs.	Illīc bis puerī diē Nūmen cum tenerīs virginibus tuum Laudantēs, pede candidō In mōrem Salium ter quatient humum.
Tempestīvius in domum Paulī, purpureīs āles olōribus, Cōmissābere Māximī, Sī torrēre iecur quaeris idōneum :	Mē nec fēmina, nec puer Iam, nec spēs animī crēdula mūtuī, Nec certāre iuvat merō, Nec vincīre novīs tempora flōribus.
Namque et nōbilis et decēns Et prō sollicitīs nōn tacitus reīs, Et centum puer artium, Lātē sīgna feret mīlitiae tuae ;	Sed cūr, heu ! Ligurīne, cūr Mānat rāra meās lacrima per genās ? Cūr fācunda parum decōrō Inter verba cadit lingua silentiō ?
Et, quandōque potentior Largīs mūneribus rīserit aemulī, Albānōs prope tē lacūs Pōnet marmoream sub trabe citreā.	Nocturnīs ego somniīs Iam captum teneō ; iam volucrem sequor Tē per grāmina Mārtiī Campī ; tē per aquās, dūre, volūbilēs.